



~~17679. V. 84.~~

Nobili & Erudito Viri, Dno Lyoto Oßfizer,
fundatario in Ober & Nider Oßfellenburg,
Publico Baccalario & V. J. C. affini suo p. hon.
in honoratam Familiarem memoriam, mittit,
quj impensam fecit.

XI. 4^o 61^a

(cat. 4, 499)

ACADEMIA

PSYCHIS

CONTO

NOBIS

DEUS

IN

NOBIS

DEUS

IN

NOBIS

DEUS

IN

NOBIS

DEUS

IN

NOBIS

DEUS

IN

NOBIS

DEUS

IN

NOBIS

DEUS

IN

NOBIS

DEUS

IN

NOBIS

DEUS


RECTOR AC ADEMIÆ LIPSIENSIS.



Erba facturis de Viro, dum in vivis erat, Amplitudine ædilitiâ utrâqve, Sacrâ & Senatoriâ, consiliis matri-
ris & prudentiâ singulari Spectatissimo, Domino SIGISMUNDO Deuerlin/Scabinò Electorali &c. verba nobis deesse
nullò modò possunt. Qui quidem nullò aliò fine tantopere studiò rei herbariæ delectatus fuisse putandus est, quàm quòd
exinde *planta vitam* (contrà quàm Philosopho videri potuit) *vivere*, ab infantiâ ad seros usque annos, discere sategerit.
Ut enim planta quamdiu crescit, ante florem, in flore, & post florem (sicut Botanici loquuntur) crescit in laudem Dei, & ad
salutem hominum; delectat intuentes, admiratione sui tenet abeuntes, & omnium ore celebratur: Sic noster Ædilis in
gloriam Divini Numinis adolescens, publicè & privatim utilis, nemini gravis, omnibus gratus, desiderio sui nos moratur,
nec nisi per amplò singulorum præconiò dimittitur. *Ut planta igitur crevit in laudem Dei.* Natus namque hinc Lipsiæ
XIII. Novembris, Anni M. D. LXXVII. mediante lavacrò Regenerationis, protenus areolis Ecclesiæ à Parentibus inser-
tus fuit. Ex quibus quidem Pater exstitit Vir Eximius & Prudentissimus Dn. CONRADUS Deuerlin/ipsos quadragin-
ta tres annos Reipublicæ Opidanæ Senator, & armamentarii publici Præfectus solertissimus: Mater verò, Fœmina laudatissima CÆCILIA, Dn.
SIGISMUNDI Schlaginhauffen/Viri icidem Senatorii filia. Qui quum probè scirent, *plantas, nisi colantur, sterile scere*: iccirco ipsum disciplinæ
scholasticæ simul publicæ simul privatæ commiserunt. Ac publicæ quidem Dn. M. Christophori Henligmeyer/ Dn. M. Jacobi & Vincentii Schmucciorum,
Dn. M. Nicolai Berlach; omnium tum temporis in Scholâ Nicolaitanâ operas suas erudiendæ juventuti locantium: Privatæ verò, M. Nicolai Glaseri.
Jactis hòc modò fundamentis, quibus aliquid solidi superstrui posset, migravit in Academiam. Ubi quum inter Facultatis Philosophicæ Professores
tùm maximè clarent Dn. M. Johannes Albinus Poëtices, celebris ille Dresserus, & M. Johannes Fredericus U. L. & Historiarum Professores: ijs publicè au-
scultandis multum temporis impendit, in Collegiis Disputatoriis privatis interim nihilò remissior. Ætate mox sublimioribus studiis idonea, ejus ca-
pacitatis deprehensum fuit ipsius ingenium, ut tam Juridica quàm Medico-Botanica nullò negotiò simul admitteret: præeuntibus ipsi in Juris-pru-
dentiâ, Dn. Johanne Paulò Monachò J. U. D. & Facultatis Juridicæ Ordinariò; in Medicinâ, Dn. Balthasare Gitlerò, Johanne Steinmetzio, & Joachimò Tan-
ckiò, omnibus Medicinæ Professoribus publicis. *Planta, quam non plantavit Pater, inquit Salvator, eradicabitur.* Quale infelix quoddam lolium ne evade-
ret Noster: frequentissimâ verbi divini auditione, usurpatione sacrosanctæ *συνόψως* *ericies* repetitâ sacri codicis, diligenti insuper scriptorum Domini
Lutheri, aliorumqve Latinorum & Germanicorum librorum Theologicorum lecturâ, cultuqve ministrorum verbi singulari, maturè & per totam vi-
tam providit. *Plantarum unaqueqve species & masculum & femellam habet*, Arist. 1. d. plant. 3. Operam verò dederat hæcenus Ipsi Parentis rei metalli-
cæ & negotiationi ferrariæ: quarum administratio, quum morte Matris in ipsum (patre præsenio illi non sufficiente) tota devolveretur, incitatum
dictorum studiorum cursum non mediocriter sufflaminavit. Quibus se nolentem volentem subtrahi videns, quàm tamen illa respiciens relinqueret,
primæ conjugis delectu probavit. Quam quidem voluit esse Eximii Viri, Dn. M. ERHARDI Hertels/Rectoris scholæ Cathedralis Martisburgensis
filiam, Dn. WOLFGANGI Peilicfens/Consulis hujus Reipublicæ celeberrimi neptem; sacris nuptialibus celebratis XVI. Febr. Anno M. DCI. Ve-
rùm enim verò quòd intimiùs quoque jungeretur illi, ad quem interea exactus fuerat, ordini Senatorio: posteaquam cum primâ ista literarii ordinis fœ-
minâ XVIII. & ab hujus obitu in viduitate sexquiannum transegisset, Patrio quoque ordini se applicuit, ductâ Anno MDCXX. XXIV. Octobris le-
ctissimâ virgine MAGDALENâ, Viri Nobilis & Amplissimi, Dn. LEONHARDI Delhafens/in Ober und nieder Schellenbach/ icidem Ædilis se-
natorii filiâ. *Planta penes conjugem sita fecundius pullulat*, autore Marsilio Ficino. Et hinc Ædilis quoque noster parens factus fuit in gemino hoc
conjugio liberorum XXI. Ex quorum primo illo præcipuè hic mentio faciendâ est, Dn. Sigismundi, Illustrissimis Principibus Anhaltinis à Secretis &
Legationibus, lingvas illis exoticas, Gallicam, Hispanicam & Italicam penitissimè edocti; & Dn. M. Christiani, à concionibus ad D. Thomæ vespertinis
Sabbathicis. *Planta sui simile producit.* Nimirum noluit Noster suam quoque hanc numerosam subolem (cujus pietas, gloria, dignitas nobis cara est)
segniori tractatione verbi divini torpere. Unde rarò ipsius ædes præterire licuit, ubi non suavissimus sacrorum hymnorum concentus exaudiretur. *Planta
non est creata propter plantam, sed propter Animal*, Arist. 1. d. plant. 1. Hoc igitur plantæ quoque Noster *φύλον* habuit, ut publicè & privatim foret
utilis. Si quidem quòd iter antiquitatis & multorum exemplorum vim teneret, allectus in ordinem Senatorium Anno M. DC. V. quum pietatem,
amorem justitiæ, dexteritatem judicii, prudentiam, & agilitatem in rebus, quibus præfectus erat, mirè variantibus nemini non approbasset, Anno
M. DC. XVIII. ædis sacre ad D. Nicolai; Anno MDCXX. adium publicarum cura atque inspectio ipsi commissa fuit: donec trimestri abhinc spatio,
per celebri Scabinorum Electoralium Collegio meruit ascribi. In quibus suis provinciis omnibus id unicè pensi habuit, ut præsidium injustè pressis,
opem indigis, cunctis civibus lucem ingenii & consilii sui porrigeret: semper tamen ex præscripto Philosophi agendo, *ως ὁ νόμος κελύει*, vel Juriscon-
sulti Ulpiani monitu, prout religio suggerit. *Planta fragrat.* Sparsit & noster Ædilis suavissimum suæ humanitatis odorem inter omnes, quibus cum
conversatus fuit. Quòd sanè minus mirum est, ipsum jam ab omnium ordinum hominibus unicè desiderari. Quum & auditâ ipsius morte omnes
celeberrimi horti flores se repente sub terram corripuerint, luctuqve refugerint; solâ relictâ funestâ cupressò, cum Sempervivo; quod Famâ præverti-
tit, & retentum, tumulo in sempiternam Mortui memoriam consecravit. Nam *tandem quog, planta appropinquans frigore marcescit & emoritur.* In
causis, in negotiis, in foro contritus piè defunctus & ab ingravescente quoque atate viribus magis magisque exhaustus, & ipse tandem debitum natu-
ræ persolvit, à XX. die mensis jam præterlapsi, usque ad finem illius febri ardentissimâ eâqve continuâ conflictatus: cui superandæ & in ordinem re-
digendæ quum caloris reliquiæ, quæ in senili corpore superesse possunt, non forent; cum Mense Octobri & ipse vitam suam, inter preces Ministri ver-
bi, qui ipsi semper à confessionibus fuit, & astantis familiæ terminavit, Anno ætatis LX, à cooptatione in Senatuum XXXII. Veruntamen sic *planta mor-
ritur, ut nihilominus radix vel bulbus in spem reviviscendi salvus permaneat & incolumis.* Abiit Noster quoque veterum verbò, sed & reverti debet. *Plan-
tarum quædam ita terra affixæ sunt, ut ab eadem separari negent* (quod de Castanea Plinius testatum reliquit, eam in alieno nescire scribens hospitari) *alia
in meliora loca utiliter transferri possunt*, Arist. 1. d. plant. 3. Ignobiles sunt animæ, quæ terrenis hisce penitus implicatæ, superiora ne tantillum quidem
morantur. *Planta, quò in sublimiori loco radicitur, & soli est proximior, eò est perfectior*, Arist. 2. d. plant. 1. Quænam perfectio Nostri Ædilis perfectio-
nem exæqvaverit, qui in Amarantum mutatus, & soli justitiæ CHRISTO JESU proximus factus, ab eodem coronâ immarcescibili decoratur?
Nos honestissimæ familiæ dolore tacti, beati corporis exuvias hodiernâ III. ad locum, quo in spem resurrectionis relinquentur, comitabimur. Quem
comitatum nostrum ut quilibet suo loco frequentiore reddat, seriò mandamus. P. P. XXII. Dominicâ Trinitatis, Anni currentis M DC XXXVII.

LIPSIÆ, Typis GREGORII RITZSCHII.

RECTOR ACADEMIAE
LIPSIENSIS



RECTOR
LIBRARIUS

Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be in Latin and is arranged in several paragraphs. Some words are more legible than others, but the overall content is obscured by the paper's texture and the bleed-through effect.





Zd 7080

ULB Halle 3
004 958 322



f

TA-70L

VD 17

M.C





RACADEMIAE PSIENSIS

in vivis erat, Amplitudine ædilitiã utrâc
tissimo, Domino SIGISMUNDO Deuerli
dem nullô aliô fine tantopere studiô rei herbar
vã Philosopho videri potuit) vivere, ab infar
t, ante florem, in flore, & post florem (sicut Bo
tucites, admiratione sui tenet abeuntes, & on
cens, publicè & privatim utilis, nemini gravis
ræconiô dimittitur. *Ut planta igitur crevit*
XXVII. mediante lavacrô Regenerationis, p
ter existit Vir Eximius & Prudentissimus Dn
i publici Præfectus solertissimus: Mater ver
filia. Qui quum probè scirent, *plantas, nisi*
publicæ quidem Dn. M. Christophori Henligme
à Nicolaitanã operas suas erudiendæ juventut
ui posset, migravit in Academiam. Ubi qu
ebris ille Dresserus, & M. Johannes Fridericus
toris privatis interim nihilô remissior. Æt
a quã Medico-Botanica nullô negotiô simu
idicæ Ordinariô; in Medicinã, Dn. Balthasare G
non plantavit Pater, inquit Salvator, *eradicabit*
one sacrosanctæ *συνάξεως, tricies* repetitã sacri
gm Theologicorum lecturã, cultuqve minist
gemellam habet, Arist. 1. d. plant. 3. Operam ve
norte Matris in ipsam (patre præ senio illi no
it. Quibus se nolentem volentem subtrahiv
e Eximii Viri, Dn. M. ERHARDI Hertels
eipublicæ celeberrimi neptem; sacris nuptia
m interea effectus fuerat, ordini Senatorio: p
nsegisset, Patrio quoque ordini se applicuit,
ni, Dn. LEONHARDI Delhafens/ in Obe
autore Marsilio Ficinô. Et hinc Ædilis que
hic mentio facienda est, Dn. Sigismundi, Illust
& Italicam penitissimè edocti; & Dn. M. Chri
oster suam quoque hanc numerosam subole
edes præterire licuit, ubi non svavissimus sac
lant. 1. Hoc igitur plantæ quoque Noster *ov*
olorum vim teneret, allectus in ordinem Sen
atem in rebus, quibus præfectus erat, mirè variantibus nemini non approbasset, Anno
dium publicarum cura atque inspectio ipsi commissa fuit: donec trimestri abhinc spatiô,
ribi. In quibus suis provinciis



is matti-
bis deesse
vã quod
fategerit.
Dei, & ad
Edilis in
moratur,
nic Lipsiã
bus inser-
vadragin-
IA, Dn.
disciplinã
nucciorum,
lai Glaseri.
rofessores
publicè au-
eã, ejus ca-
Juris - pru-
chimô Tan-
ne evade-
m Domini
r totam vi-
ei metalli-
ncitatum
elinquere
sburgensis
. DCI. Ve-
ordinis fœ-
ctobris le-
Ædilis fe-
mino hoc
Secretis &
vespertinis
is cara est)
ur. *Planta*
atim foret
pietatem,

